

homines, naturaliter, hoc est, secundum
communem naturæ cursum, ab Adamo pro-
pagati.

17. Neq; est illud in una tantum hominis
parte, sed in toto homine, anima & corpore
constante, & in omnibus ejus viribus & fa-
cilitatibus, hoc est, tota hominis natura pec-
cato illo infecta, fœdata & contaminata est.

18. *Concupiscentia prava* in renatis reliqua
verè & propriè peccatum est. 1. Quia expres-
sè & propriè in scripturis vocatur peccatū.

2. Et ei definitio peccati convenit. 3. & pro-
pria πάθος. 4. Et effecta: ut probari facile po-
test.

19. Errant igitur, 1. Philosophi. 2. Mani-
chæi. 3. Pelagiani. 4. Cinglius. 5. Sacramenta-
rij, qui sanctos nasci docent fidelium paren-
tum liberos. 6. Et Anabaptistæ. 7. Deniq; Pa-
pistæ & Iesuitæ, qui peccatum illud extenuant
disputantes 1. Esse meram privationem, 2.
deleret tantum ordinem supernaturalem in
homine. 3. Adamum suâ naturâ fuisse morta-
lem, ex conditione materiæ. 4. concupiscen-
tiæ ex se, & sua natura non esse propriè
peccatum. 5. Planè tolli & deleri peccatum
originis in Baptismo. 6. Omne peccatum
esse voluntarium.

20. Errant etiam Flaciani, qui peccatum
originis dicunt esse ipsam naturam sive sub-
stantiam hominis.

21. PCC.